



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Peregrinus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

spirationi diuinę, quando offertur occasio violandi aliquod præceptum, nõ est peccatum distinctum à transgressione præcepti. Sanchez. p. 3. tr. 4. ref. 52.

*Peregrinus.*

1 **A**Duenæ & peregrini non obligantur ad ieiunia, obseruationem festorum, & consuetudinum locorum in quibus versantur, nisi habeant intentionem manendi ibi pro maiori anni parte; aut nisi transgressio legum cedat in damnum illius loci, vt si lex prohibeat frumenta ex illo loco exportari. Tenentur etiam aduenæ, si cõtrahunt ibi, seruare solennitates contractuum iuxta consuetudinem loci. Sanchez & alij. p. 1. tr. 10. ref. 13. & 15. Et quia absentes non tenentur legibus suę patrię; quãuis ex peculiari lege vtriusque loci indictum sit festum, vel ieiunium, ipsi tamen non obligantur. Fagund. Idem dicendum de vagis; cum enim nullibi hæreant, non debet esse mirum eos nullis statutis particularium locorum teneri. Lessius & alij. *ibid* ref. 14 & 16.

2 Potest peregrinus vt indulgentiã sui territorij, si in loco vbi moratur ser-

uatur ius commune quoad ieiunium; licet enim hoc priuilegium videatur locale, tamē qui breui tempore absunt, in iure habentur pro presentibus. Sanchez. p. 3. tr. 1. ref. 120.

3 Peregrini non obligantur excomm. aut censuris locorum per quæ transiunt; quia potestas iurisdictionis tantum se ad subditos extendit. Ita excommunicatio lata contra eos qui sciunt aliquod furtum, seu delictum esse commissum, non ligat transeuntes. Coninc & Layman. *ibid.* ref. 73.

4 Qui transit per monasterium (v.g. D. Benedicti, aut Dominici) quod non utitur Missali Rom. potest celebrare iuxta Missale illius loci. Præposit. p. 4. tr. 4. ref. 95.

5 Qui iter faciens per aliam diœcesim absoluitur à peccato, quod non est ibi reseruatū, in suâ autē diœcesi est reseruatū, validè est absolutus: quia tunc censetur incola illius diœcesis. Quod tamen intellige, quando iter non suscipitur in fraudē legis, eâ solùm de causâ, vt possit aliis cōfiteri. Suar. & alij 3. p. 2. tr. 17. ref. 56. Est tamen probabile valere confessionem, etsi quis eo animo proficiscatur. Pontius p. 3. tr. 6. ref. 28.

Pœ-